



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De resolutione trium dubiorum circa Missæ valorem cap. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

medii aliquam peccatis pœnæ de-  
bitæ remissionem , & gratia aug-  
mentum : Remoti autem tantum  
pœnæ remissionem . Ex maiori  
offerentium numero non minui-  
tur alicuius valor, nam sacrificium se-  
habet ad singulos , ac si pro se sin-  
guli illud offerrent.

*De resolutione triū dubiorū cir-  
ca Missæ Valorem. Cap. 8.*

**R**esolutar\* primū si dicatur  
quod respectu sacrificii ex  
opere operato , & oratio-  
num oblatatum ab ipso Sacerdo-  
te in persona publica Ecclesiar , va-  
lor missæ boni, & mali Sacerdotis  
idem est quod ad alios : nam ma-  
lus semper sibi nocet. Respectu ve-  
ro orationū, quas malus Sacerdos,  
ut persona particularis offert eæ  
nulli prosunt, id ēo ut sic minus etiā  
valet Missa mali Sacerdotis quam

boni.\* Secundū. Missa de Requiem ex parte orationis magis, prodest defunctis quam alia de festo. Ex parte vero sacrificii idem valet de Requiem, & de festo.\* Tertiū soluitur dubiū, si dicatur, quod Missa pro multis oblata, nec quo ad pœnæ satisfactionem, nec quo ad gratiæ augmentum quod datur ex opere operato, ita singulis prodest, ac si vni tantum applicaretur, nam hic gradus gratiæ, & satisfactionis in hoc sacrificio est finitus. Quare Sacerdos plurimum eleemosynas pro multis missis dicendis, recipiens, non potest vni- ca tantum satisfacere, & ex ea necessitatem aliter faciens peccat mortaliter, & est restitutioni obnoxius.

*De remediis circa pericula acci-  
dentialia in Missa adhibendis.*

Cap. 9.